Orzelski Świętosław z Bożejewic
Historia Polonica...
ab anno 1572 ad annum 1576
complectens libris VIII.

[Suentoslai Orzelski
Interregni Poloniae libri octo
1572 - 1576.]

oraz fragment traktatu moralnego.

Odpis historyi Orzelskiego
(początek tylko)

wg wydania Kuntzego str 2-15

Suentoslai de Bozeicwice
Orzelscii
capitanei Radzieiovicensis
iudicis terrae Calissiensis
comitiorum regni anno 1582 mareschalci
HISTORIA POLONICA
ad suum avunculum Petrum Czarnkovium
castellanum Posnaniensem,
res post obitum
SIGISMVNDI AVGVSTI
gestas,
ab a. 1572 ad annum 1576
complectens,
libris VIII.

1]

Interregni Poloniae liber I.

Quantopere totus pene terrarum orbis fluctuet, quave successuum vicissitudine inde usque ab initio laboret, demonstrare difficile non est, quippe nihil sub coelo mutationibus non obnoxium, nihil unquam incorruptum exstitit. Quanta virum, urbium, regnorum, religionum, morum, legum, statuumque omni aetate immutatio fuerit, tum ex scriptis per manus traditis, tum quotidiana experientia constat. Sed ne in priscis recensendis multus sim,

·/·

domestica mala, quibus Polonia haud pridem jactari coepit, dum considero, vix scio, an unquam temporis curriculo magis varium rerum successum ulla regio senserit. Opima namque saeculo Sigismundi Augusti mors subsecuta, regnum distraxit, quod introrsus quassatum, sero ad ineundam unionem pervenit, unitumque creando regi novo intentum ad contentionem rediit. Creatus tum rex adolescens ab ignotis extremisque pene orbis partibus accitus variissimis potius pollicitis imposturaque quam largitionibus regnum adeptus, initio regni sacrosancto iuramenti sacramento profanato, immodica prodigalitate puncto temporis cuncta dilargitus et ad egestatem redactus, infami nocturnaque fuga sese in patriam proripuit. Novi tunc tumultus exciti ad praestolandum aliquantisper regem, et hoc non comparente, ad unum totius Poloniae conventum dissolvendum, aliumque demum magna calamitate accepta, ineundum res redegerunt. Longa cunctatione protracta duo tandem peregrini reges, unis comitijs creati, ad utrumque oratores cum amplissimis mandatis missi, res universa iur obstinatis mentibus ad civile bellum extremumque exitium

Argumentum historiae]

·/·

2] vergebat, sed altero horum favente fato citra caedem regno occupante, plenaque potestate uso, alter artibus suis frustratus, non regno solum abstinere coactus est, verum vita etiam decessit morte sua, gliscentis belli seminarium sapiens, nonnullis tamen regni perduellibus obstinatissimis rebellionis occasionem relinquens. Summa totius negotij brevissime notata Deo auspice res gestas aggrediamur.

1572 Summi terrarum orbis princeps]

Anno post partum Virginis supra millesimum et quingentesimum septuagesimo altero, praesidente Romae utraque potestate Gregorio XIII maximo pontifice, apud Germanos, Hungaros et Bohemos Maximiliano II Romanorum electo imperatore, apud Gallos Carolo IX, apud Hispanos Philippo, apud Anglos Helizabetha, apud Scotos Iacobo VI imperantibus, Svecis Ioanne III, Danis Friderico II dominantibus, apud Moscos Ioanne Basilio, apud Turcas Selymo II, anno praeterito gloriosissima victoria ad Naupactum sive Lepantum sinum a Venetis et confoederatis cum pontifice Hispanoque rege, Italis principibus profligato, tunc imperium tenentibus, Poloniarum rex Sigismundus Augustus aetatis suae anno quinquagesimo tertio,

post defunctum patrem Sigismun-dum I. vigesimo secundo, nonis Ju-lij, phtysi atrocissima, ex lenta febre contracta, quam nonnulli amatorio poculo accersitam ferunt, conflicta-tus, Cnyssini oppido Podlachiae vitam cum morte commutavit.

Sigismundi Augusti re-gis mors

Haud quaquam frequens tum fuit curia, ac praeter Cracoviensem epis-copum Franciscum Crassinium, Ni-colaum Cristophorum Radivilium ducem, aulae Lithuaniae magis-trum sive mareschalcum, Stani-slaum Sendivoquium, Czarnkovium Sendivoquium referendarium, et ali-quot aulicos homines nemo ad-erat.

Corporis regij curatores Krasinski Radziwił Czarnkowski

Vixque repertus est, qui defuncti regis corpus curaret, intimis illis, qui primum gratiae locum apud regem occuparunt, dilapsis. Ad Nuntium mortis fama perlata, adeo tunc re-rum faciem perturbatam effecit, ut nullus fere esset, qui veluti praesenti periculo peritus pavoreque perculsus, ad arma, ad equos caeteraque mili-taria instrumenta raptim non dis-curreret. Quare confestim ac undique angustiae mutuandi aeris et quae ad bellicum apparatum erant neces-saria, summae pecuniae magnique pretij esse caeperunt. Mercatorum et artificum, quo quis mercium copia

Polonorum pavor ob mortem regis

Archiepiscopi Gnesnen. incuria Uchanski.

Lovicensis conventus

sine arte luxui serviente magis pollebat, etiam minoris spei minique praemij fuerat. Porro illi, qui et desides et neglecti, et iam ferme pacato illo tempore obsoleti [3] extiterant, tum plane quanto rariores, tanto clariores et cariores habiti sunt. Armorum vis acinacumque splendor ab omnibus procurabatur. Igitur et Iacobus Uchanius archiepiscopus Gnesnensis, gravitate discriminis et muneris sui authoritate sive neglecta sive spreta, et ipse simili forsitan affectus metu, unde et morbum conflarat raptim vel quos voluit, vel pro temporis brevitate potuit, proceres Majoris Poloniae convocavit, cum quibus ad diem XV calend. Sextilis Loviciae conventum peregit. Sed ita ut is, dum Minores Poloni praestolarentur, ad quintam diem extraheretur, exiguum sane tam prioris, quam posterioris temporis spatium, sed satis protractum, quandoquidem et exigua in conventu isto accelerato sunt confecta, et maxima atque omnium periculosissima mora (ut mox ostendetur) accersita. In eo conventu sat pro imperio sancito, sat imperiosa sua duntaxat Majestate freti proceres scivere, inprimis ut appara-

tum bellicum, quem quisque belli tempore ex iure et more patriae habere teneretur, ingruente aliunde periculo illico praestaret, illis tamen exceptis, qui etsi legum latoribus istis genere pares, ejusdem et oneris et libertatis essent, verum quod luxus tempore eorum opera uterentur, ut ab alea chartis pro sorte quisque sua immunes essent, atque non ut liberi, sed ut eorum servi bello coorto militarent. Quicumque autem sive decretum illud violaret, sive quacumque causa tumultus intra extrave regnum concitaret, bonis vitaque privaretur, infamia notaretur; comitiorum generalium locus Crysinum, tempus decima septima 7bris dies assignata, specialium conciliorum nominatio cujuslibet palatini arbitrio concessa; ad Lithvanos proceres oratores:

ad Lithvanos legati Maciejowski Krzystoforski

Nicolaus Maciejovius palatinus Lublinensis et Ioannes Cristophorius castellanus Vidusensis missi, qui ista omnia constituta referrent et eos similium faciendorum commonefacerent, regni finium muniendorum nec speculatoribus aperiendorum certiores redderent; Tartarici legati absolvendi et militibus Podolijs et Pernaviensibus stipendiorum persol-

./

vendorum atque alia pollicendo-
rum admonerent, eam tamen con-
ditionem adjicerent, ut ii ex solius
senatus authoritate non copiarum
ducis praescripto penderent, idque
adderent, ut suo exemplo iuris ab-
usus emendandos certis personis
committerent; cum vicinis princi-
pibus pacta renovarent. Eodem
tempore Belzenses magnum celeri-

[Belzensis conventus]

tatis, maximum constantiae atque
sinceritatis exemplum ceteris praebu-
ere, dum [4] ulla interposita
mora, tam proceres, quam equi-
tes ferme omnes Belzum ad XII
calend. Augusti congregati, iure
iurandoque interposito contra quem-
vis confoederati, qui vel vicinus
vel intraneus hostis esset, qui regi
aliquo non ab omnibus regni or-
dinibus, nec consueto more electo
fautor existeret, qui muneribus si-
ve etiam consuetudine externorum
devinceretur, qui externa auxilia
contraheret, qui regi rite creato ad-
versaretur, eundem tali, qualis pro-
ditores deceat, poena ab omnibus
mulctandum decernerent, in armis
paratos omnes esse juberent, ita qui-
dem, ut Georgio Tarlovecio Russiae
palatino et belli duce, quorumvis

[Tarłowiecki Tęczyński]

periculorum nuncio, ac Andrea co-
mite Tęczynio, Belzensi castellano

./

administratore existente, septima post signum datum die ad convenien-dum et cuius detrimento succurren-dum, sint acceleraturi, iis omnibus praestandis fide, honore et conscientia sese oneravere. Pari ferme intentione Chelmenses usi, Crasnostaviam citra moram XVI calend. Augusti con-venientes, omnem internae tranquilli-tatis conservandae externique propul-sandi belli rationem sancire. Si-mili modo Russi cum Podoliis Gli-nianos confluentes, in quemvis seu domesticum seu extraneum hostem arcendum invicem foedus sacrosanc-tum pridie calend. mensis eiusdem pepigerunt. Per id quoque tempus, nempe pridie Idium Julij Minores Poloni Cracoviam comitia indixere, ac majorum more et Sigismundi primi lege freti, non ideo repenti-num congressum facere, quod subi-tam regis electionem inire vellent, verum ampliori conventui diem IIII Idium Augusti Cnyssini statuerent, non quidem electionis ibidem con-cludendae causa, verum invicem ad tempus praefixum conveniendi electionisque indicendae gratia, hunc conventum convocationis no-mine appellaverunt. Militum sti-pendiariorum certum exercitum suo sumptu alendum, limitibus

Crasnostavien-sis conventus

regni ab Hungaria, Scepusia, Silesiaque custodiendis, Stanislao Szafrancio Biecensi castellano et Stanislao Cikovio succamerario Cracoviensi ducibus datis, conscripserunt; certiores autem de legatione et itinere Lithvanico palatini Lublinensis, quo iam perfungebatur, facti, per nuncios revocare eundem statuerunt. Sed is in proposito persistens, Minores Polonos in Lithvaniam adventu suo anteverterat, quapropter et ipsi unos ad eosdem Lithvanos, alteros ad Majores Polonos ablegavere nuntios, utrosque de voluntate ac sententia sua commo[5]nefactum hortatumque, ne frustra tempus tererent Cnyssinumque constituta die convenirent. Diversa Polonorum legatio diversos atque animi incertos Lithvanos effecit, itaque ij in illa voluntatum varietate libito dummodo unanime sit Polonorum hac in parte satisfacturos se promiserunt. Caeterum neque dissentientibus utrisque, neque alteri tantum parti se assensuros polliciti sunt. Minores interea Poloni conventum alium IV Nonas Augusti Sendomiriae edixere, ac falso quodam rumore pervasi itidem Majores facturos aliquantum temporis eorundem gratia

Szafraniec
Cikowski

convocationi Cnyssinensi vigesima videlicet Augusti diem produxere, ideoque ad diem dictam frequentes non tamen singuli procerum eo convenere. Palatinus enim Sandomiriensis Petrus Zborovius et alij Sandomirienses sententijs solummodo per literas apertis abfuere, Lithvani nonnulli aderant praesentes. Majorum Polonorum procerum praeter Arnolphum Uchanium palatinum Plocensem Hieronymum Buzenium thesaurarium regni et Andream Opalenium aulae regni mareschalcum (hunc tamen magis regij corporis providendi, quam tum consultandi gratia eo profectum) nemo venerat, egerrime id ab omnibus latum credebant, siquidem eandem eorum voluntatem fuisse, absentia vero technas moramque strui. Irritati ergo animis vel invitis ijs per senatus consultum III Idum Octobris diem electionis sive comitiorum generalium, locum Bystryciam pagum, uno ab Lublino miliari distantem, decreuerunt; ad Majores Polonos Nicolaum Sienicium succamerarium Chelmensem et Laurentium Woynam Lithvanum, vix dum Opalenio solicitante delega,

Sandomiriensis conventus

Buzenski Opalenski

ad Majores Polonos legatio Sienicki Woyna

verunt, quandoquidem liberis absolvendam legationem existimassent, ejus summam commonefactio et sollicitatio majorum Polonorum ad praelium tempus ineundum continebat. Eodem conventu subito gravissima peste Knyszyni laborari caeptum, quapropter vitandae contagionis causa singuli dilapsi, regium quoque corpus Tykocinum arcem munitissimam, nedum simili infectam lue transferre conati proceres, non nihil cum ipsa peste, plus etiam cum aulicis negotij habuerunt. Isti siquidem debita stipendia flagitantes, nullo facto regis corpus, priusquam eis satisfieret, tradituri videbantur. Itaque proceres, quorum exiguus numerus remanserat, septuaginta quinque millia au[6]reorum nummum, quae in loculis defuncti regis Knyszini inventa sunt, mercedis quidem nomine aulicis pro cujusque stipendijs distribuere. Caeterum vix tantum auri in aulicos erogatum esse, vulgo creditum est. Aegre igitur tandem corpus regium translatum est introductumque Tykocinum, aliquantisper ibidem asservabatur. Interea majores Poloni

[Pestis in Polonia]

[De Corpore regio contentio]

[Pecunia regia dispensata]

verum suarum incerti, vicinarum vero prorsus ignari, Calissiensis quidem palatinatus incolae vulgo in palatinum Gasparum Zebrzydovium negligentiae muneris sui insimulatum, fremuere, nullo se rege, nullo duce neque regi, neque verum gnaros reddi palam conquaesti: qui gravi detentus morbo viriumque inops, querellarum tamen certior redditus, nulla nec aetatis, nec morbi ratione habita, calendis 7bris Pyzdris nobilitati conventum indixit, ubi magna equitum confluente copia, quod vicinum Sredense concilium a Luca comite Gorcano, palatino Posnaniensi, ad VI Idum 7bris diem assignatum esset, [nullo operae pretio edito, eodem consultatio omnis praecipueque Loviciensis legis abrogatio, rejecta est, partim quod major ibi frequentia futura esset,] partim quod vetusta consvetudine amborum horum palatinatuum eadem semper rerum omnium transactio observaretur; igitur palatino aegre Pyzdris reverso, caeteri Srodam multitudine abundantes, convenere. Sed peste tunc cum pleraque omnia Poloniae oppida, vicos pagosque, tum Srodam quoque acerrime infestante, in planicie oppido proxima versus occasum solis vergente, equestres singuli in modum corona constitere. Medio fere concilio allatus de Kryszynensi conventu nuncius, adeo omnium ani-

Zebrzydowski

Pyzdrensis conventus

Srodensis conventus

mos commoverat, quod se inscijs atque inconsultis id negotij minores Poloni tractare auderent, ut alij quidem armati illam Bystricensem electionem vel invisere vel perturbare vellent, alij alia via creandum regem tenterent. In tanta ergo animorum perturbatione temporisque angustia, una voce conclusum, ut senatores e majoribus Polonis archiepiscopum veluti primatem regni confestim adirent, ad convocandum totum senatum sollicitarent, atque nihilominus tam ad Lithvanos, Russosque, quam minores Polonos disvadendi, et a proposito avertendi gratia festinarent, plura quoque capita comitij statuta serum, quod nullum sortirentur effectum, hoc loci a nobis praetermittuntur. Illud commemoratio dignissimum videtur, quod Abrahamus Zbazcius in medium equitum protulerat, se quidem eo zelo, quo rempublicam perfidorum nonnullorum procellis agita[t]am ac pene conquassatam dolere cordem malorum omnium autores et fautores, in frequentiori opportuniorique loco, tempore eo, quo totius reipublicae facies constaret, non verbis tantum, sed manu quoque patefactu-

Bystricienses conventus

Zbąscij in patriam heroica pietas

./.

rum. Porro ille, qui omnium animos offenderat, scrupulus et summa difficultate sopitus est, et comitia ad quartam diem usque extraxit, Lovicensis nempe superius recensita lex, a nonnullis ejusdem authoribus obnixe propugnata. Fuere in proceres plerique omnes Adamus Konarius episcopus, Lucas comes Gorcanus palatinus Posnaniensis, Ioannes Tomicius Gnesnensis et Andreas comes Gorcanus Medirecensis castellani, nulla alia defendendi ratione usi, quam quod eandem legem et a patribus, quibus reverentia deberetur, et ordinis stabiliendi gratia pio consensu decretam dicerent, caeterum lisea, eundem, quem paulo ante XII videlicet calend. 7bris Radeoviae in similibus comitijs exitum habuit, tum enim Stanislao Karnkovio Vladislaviae episcopo, Ioanni Sluzevio Brestensi et Ioanni Krotossio Inovladislaviensi palatinis, ita restitit per Albertum Niemojevium nobilitas, ut consentientibus tandem ijsdem proceribus, eandem legem solenniter abrogaret. Ad hunc modum apud Srodam evenerat, dum obicibus illis cunctus equitatus adversatus, eandem vel invitis illis aboleret, atque eo

Lovicensis legis abrogatio Konarski Tomicki

Radeoviensis conventus Karnkowski Słuzewski Krotoski Niemoiewski

insuper perventum, ut altercatio-
nibus ultro citroque varijs fac-
tis, tandem disiuncti et seorsi-
va ab senatu sessione habita,
nobiles cum summo fremitu et
indignatione quibusdam ~~d~~ e
medio sui mandarent, qui le-
gem illam e libris actorum, ut
vocant, iuridicorum ijsdem pri-
mo jussu procerum insertam,
solemni protestatione facta, de
medio tollerent, fautoribus pau-
cissimis eorumque duce Stani-
slao comite Gorcano, ne quis-
quam resistentibus comitijs
illis sententijs distribuendis se-
quentibusque pene omnibus, a-
pud Maiores Polonos Albertus
Sendivogius Charnkovius majoris
Poloniae praefectus praefuerat.
At ne temere propositum peregis-
se videretur, nobilitas ijs sane
argumentis nitebatur: Cautum

Nobilitatis rationes

inprimis lege priscaque consvetu-
dine esse, ne quidquam omnino
adversus ejus consensum etiam
rege vivo senatus statueret; Lo-
vicensem autem legem ob non-
nulla tantum senatus particula
conditam, nobilibus non solum
inconsultis, verum etiam consi-
[8] lio interesse volentibus, exclu-
sis. Hos quoque unius libertatis

stirpisque socios ab legis latoribus istis servos appellatos, et bello in-gruente iure communi pro facultatum ratione expeditioni obligatos, sibi adstrictos, praeterea poenam transgressori impositam per-acerbam, nec eorum potestati attinentem comitiorum centuriatorum diem locumque secundum ius scriptum in generali convocatione sanciendum fuisse. Conditiones per eosdem Lithvanis oblatas, veluti nec e re nec e jure publico propositas, ab iisdem neglectas esse. Paulo ante caesar procurandorum filiorum sollicitus conciliandis procerum studiis operam dabat dimissisque quoque versus nunciis, qui universas Poloniae provincias pervagarentur, per privatas literas eorum sententias explorarent, summisque pollicitationibus onerarent, qui ob crebras literasque discursiones tantum odii caesari, suspicionum vero proceribus apud nobilitatem concitarunt, ut ii caesarianarum partium fautores ac libertatis Polonae oppressores plerique passim appellarentur. Paulo post quoque Knyszynensis ferme conventus auspiciis oratores caesaris: Guilhelmus Rozembergus

Caesaris comitia et conatus

Caesaris legati

et Venceslaus Perstinius perillustris apud Bohaemos nominis viri in Poloniam cum splendido comitatu advenere, Cracoviam ingredi cupientes, intromissi non sunt. Unde cum per Poloniam libere passim divagarentur, a Minoribus Polonis ejus rei gratia Osieci in Sendomiriensi tractu conventum celebrantibus, de temeraria ac importuna discursione sat acerbe expostulantibus, Urzędovia ad commorandum, electionisque tempus expectandum eis est assignata. Internuncij autem illi Martinus Gerstmanus, Vincentius Porticus, Alphonsus Gastaldus, Cyrus Vratislaviensis abbas, Joannes Posadovius nonnullique alij, quos quisque suae sententiae attraxerat, horum omniumque consiliorum oratores certiores reddebant, atque ita devinctionis loco suspicionem mutuam apud Polonos, prius iam conceptam, magis magisque inflammabant. Advenit quoque in Poloniam Andreas Wilamovius Polonus, Alberti Friderici ducis Prussiae legatus, per literas proceribus significans, ducem ipsum electioni interesse velle, atque ne ea excludatur,

Osiecensis conventus

Posadowski

Principis Prussi legatus Wilamowski

vehementer petere. Huic responsum ejusmodi datum, Polonos non alio pacto cum principe processuros, quam quo pater ejus Albertus cum Sigismundo I rege contraxerat. Osiecensi conventui supramemorato Ioannes Franciscus Commendonius cardinalis per [9] minores Polonos admonitus, ut postquam legationis munere functus esset, nihilque amplius officii, quod agendum esset, sibi restaret, Polonia excederet. Nolle enim Polonos rempublicam peregrinis consiliis agitari, idque inprimis providere, ne si qui motus in regno orientur, ipse in periculo versetur, quod pro illorum erga cardinalem studio, summo dolori ipsis esset futurum. Respondit ad ea cardinalis, se quidem a novo pontifice mandata nova habere paratum, quae exponere, quam primum sibi per eos liceret, illud tamen praeter expectationem sibi evenire, quod sua diuturnior in illis locis mora, illis suspecta sit; itaque ne illorum jussis adversari videretur, se in ea loca cessurum, unde eum movere illorum palatinorum, qui haec ad se mandassent, neque juris neque potestatis sit, protinusque Sulejoviam in Siradien-

Commendoni cardinalis tergiversatio

sem palatinatum discessit, ibique se quietus tenuit, donec Varsaviam evocatus est. Sed jam ad historiae inchoatum cursum redeamus.

Radeoviensis conventus

Legatorum Minoris Poloniae et Lithvanorum dissolutio

Decreto Trodensi archiepiscopus obtemperans, Majoris Poloniae proceribus conventum Radeoviae ad X calend. 8bris assignavit, quo non frequentes admodum ex nobilitate praesertim confluxere, nec archiepiscopus ipse Minorum Polonorum et Lithvanorum legatis Knyszyno missis distentus, ei congregationi intererat. Hos autem ita absolvit, ullo pacto eorum desiderio Majores Polonos ob temporis penuriam locique magnam intercapedinem, tum quod summum fuerat propter ineptum tam ardui negotij processum satisfacturos. Literis vero tam ad Lithvanos, Minores Polonos, quam Prussos seorsim missis, summopere hortatus est, ut VII Iduum Octobris apud Varsaviam in planitie eandem urbem Wolamque pagum interjacente, communicandis consilijs praesto adessent, idque pio et plane patrio proposito, si rempublicam salvam esse vellent, praestarent. Hoc modo dimissis legatis proceres Radeoviae expectan-

tes, per literas horum certiores fe-cit suique absentiam purgavit, sed ij, ne tempus frustra absumerent, tum quidem quidquam conclusere; comitia tamen Kolum toti Majori Poloniae Idibus octobris indixere, legatos ad Minores Polonos Lithvanosque, qui eos ad conveniendum Varsaviam pro dicta ab archiepiscopo die adhortarentur, alios ad Prussos, qui comitia Colensia decreta ij significarent, mi[10]sere. Comitiorum die indicta, frequentissimus Majorum Polonorum Kolum versus (in oppido enim peste laborabatur) conventus in patentibus pratis celebratus, tractandis rebus totos quatuor dies consumpsit. Procerum ij praesentes adfuere: archiepiscopus Gnesnensis, Vladislaviensis et Posnaniensis episcopi; Posnaniensis, Siradiensis, Lanciciensis, Brestensis, Inovladislaviensis palatini; Posnaniensis, Calissiensis, Gnesnensis, Inovladislaviensis, Czernensis, Medirecensis, Sremensis, Wiclunensis, Dobrinensis, Premetensis, Rospiriensis, Krusvicensis, Inovlodensis, Lubacoviensis, Konarienses duo et Siradiensi et Lanciciensi tractu castellani, thesaurarius regni et causarum curiae

Kolensis conventus

6.

12

(ut vocant) referendarius. Pri-
mum omnium archiepiscopus stu-
dium in rempublicam suum com-
memoravit, diuturnae morae cul-
pa sese purgavit, atque eam in
Minores Polonos rejecit, hos illius
taedij atque perturbationis, pri-
matusque regni, qui Majoribus
Polonis semper attinuisset, con-
temptores appellavit, ansamque
omnibus regno imminentibus
periculis dedisse, prolixa oratio-
ne exageravit; thema tandem
comitiorum proposuit deliberatio-
ni omnium committendum,
num comitijs illis electio indi-
cenda, num vero frequentior
aliorum convocatio in aliud
tempus differenda esset? Finita
oratione Caesarianorum oratorum
quatuor nuntij in consessum
omnium introducti, in hanc for-
mam succincte annotatam,
perorarunt. Oratorum inprimis
nomine cunctis salutatis retu-
lerunt, eosdem ad omnes regni
status missos, Caesaris man-
data instantibus generalibus
comitijs proferenda habere: cer-
tum igitur ratumque commo-
randi atque comitiorum tem-
pus expectandi, locum victus-
que comparandi rationem

postulare, Annae infantis Polo-
niae salutandae munus Caesareo
nomine commissum, si id per Se-
natum liceat, exequi velle: de re-
sentis in arce Chęcinensi Caesareis
literis famosisque libellis, de sua
Majestate proditis conqueri, cri-
minis ejus authoris multam pe-
tere. Quae vero adversa de Caesare
referuntur, falsa appellare, si li-
bertas a Caesare imminuta incu-
setur, ea Bohaemos inviolata
frui similemque Polonis gratulari.
Nuncijs crastinum diem expectare
jussis, Stanislaus Przemius ma-
gna familiarum caterva stipatus,
alto silentio auditus est. Is pera-
cerbe Prussos, Christophorum Kost-
kam Golubentem praefectum, et
Georgium Conopacium accusavit,
hos videlicet facultates nonnullas
a Sujecensi praefectura per Sigis-
mundum Augustum regem gene-
ralium comitiorum decreto ante
quadriennium executionis ut vo-
cant jure totiusque senatus con-
sensu ademptas, in Culmensi, Po-
meranicoque palatinatu sitas,
suaeque curae commissas, rege
tandem defuncto nuperrime
per vim eripuisse. Omnium tunc
praesentium opem, ne sibi tan-
topere afflicto deessent, implora-

Przemij de Prussis querela
Przemski
Kostka
Konopacki

vit; interregni legem, quâ veluti arctissimo foedere antiquitus turbator, possessione, vita, honoreque mulctabatur, commemoravit. Ne majorum degeneres Poloni viderentur, sedulo hortatus est; quod si auxilia sibi recusarent, solis ijs, quos tunc prae manu habuerat, socijs illico facultatibus eorundem Prussorum, quas in Majore Polonia haberent, per vim illaturum se promisit. Ad haec Brestensis palatinus respondit, se quidem Przemij vicem summopere dolere, caeterum constare sibi superius nominatos Prussos non privato studio, verum totius reipublicae Prussiae authoritate facultates Przemij invasisse, quapropter facinus illud non Kostcae Conopacioque, verum toti illi reipublicae imputare.

Palatini Brestensis objurgatio.

Castellanus postea Miedirecensis, Stanislaus comes Gorcanus et Stanislaus Sandivogius Czarnkovius referendarius, in eandem sententiam de damnis per Pomeranos duces regno in Valcensi, Uscensi et Drahimensi praefecturis, per eosdem tum possessis, illatis, conquesti sunt.

De Pomeraniae ducibus quaerela

Postremo de comitiorum themate consultantibus singulis, Minorum Polonorum legati intervenere, eo-

rundem Russorumque procerum iter Varsaviam institutum, quo ab archiepiscopo evocati fuerant, referentes monentesque, ut majores quoque Poloni omisso Kolo, recta eodem pergerent, legatio illa pergrata quidem omnibus concordiae futurae spem concipientibus fuerat; verum quod comitia jam auspicata, subito solvi nequirent, legati altera die ita sunt absoluti, ut minoribus Polonis Russisque persvaderent, ne Lenciciam, quae nec Varsavia neque Kolo longe distaret, ad XII calend. 8bris invicem cum majoribus Polonis congredi gravarentur, facerent. Siquidem rem omnibus gratissimam Venceslaus Ostrorogius ex conventu Radeovienti ad minores Polonos legatus, vsieci ab iisdem sollicitatus, longa oratio ne eorundem excusationem protulit, ejus capita attingere libuit, eos scilicet archiepiscopi veluti regni primatis dicto obtemperaturos, Loviciamque, si conventus illius per eum certiores facti fuissent, venturos fuisse, verum ignaros, discriminis vero reipublicae sollicitos Knyszynum convenisse, et quidquam majoris Poloniae proceribus

Minorum Polonorum legati

Ostrorogii legatio

(19) 15

o szathach drogijch. dwornijch ij o zapo
nach Thakyez ij o lanczuchoch zlothijch. k
thobij thijch rzeczij Zlyę ij nyępoborny̆e
nabijl. zplaczem poddanijch szwijch ij thij
ch rzeczij na marnoscz szwijatha. Na szwe
ij gynijch zgorszenyę vzijwal Lyępijg bij
nygdij thego nyęznal

II Sthijch slow pijszma szvyęthego masz sz
yę donyjsbjacz. W. Panno o noszenyv tha
kijm obyczagyem szath drogijch Na tho
re noszenyę kaznodzyęgyę dobrze. ij spra
wyędlyvyę wolagijas. spowyjnowathosczij
szwijg lyudzij przestrzegayąc. a by w
yędzyelij gyanyę nabyczyę szath. ij thez
noszenyę lyudzyom skodzij) A bowyem bij
na tho kaznodzyęgyę gyescze nyęwolalij
A lyudskij nyebacznosczij nyęprzestrzegalij
Szna bij lyudzyę myęlij wymowkas przed
Bogyem gyakas thakas. rzekacz Zesmij nyę
wyędzyelij A thak bij tho wszijthko spad
lo na kaznodzyęgyę. yz lyudzij nyęprzes
trzegalij. o czijm do nyjch szrogo pan Bog
mowij przez s. proroka Ezechielis III
Gyeslij nyębędzyesz powyedal grzesznemv.
a on szyę nyęnawroczij z zlosczij szwijg. al
yę thak wgrzechu szwijm vmrze dusze
gyego na duszij thwijg będęs szukal) A
thak gdy. W. P. vslijszijsz kaznodzyęgyęs. a
on szrogo kaze Na szathij drogyę Na vb
yorij ij na klyenothij Rozumyęj yz nyę
dlya thego kaze ij wola. ze wnyjch lyudzyę
chodzas Alyę dlya zlego nabijczija. A dlya

Nijepobozncgo wnijm chodzenija. Athorij
mij rzeczamij szobije. ij gijnijm dawagijaſ
prijczijneſ kū grzeszenijo. gdijsz Krijsthūsz
mijlijg powijedzijal Mth XVIII Bija
da człowijekowij themv. przez Athorego
pogorszenije przijchodzij

¶ Czo szije wijecz thycze o spowijednijkij
Kthorij stronij szvmnijenija wrzeczach
thagijemnijch dzijerzaſ mijeijscze Boze
a szaſ szeſdrmij od pana Boga danij ljiū-
dzijom. do Athorijch pan Krijsthūsz mowij
Mth XVIII Zaprawdeſ mowijeſ wam
Athore kolwije rzeczij zwijaſzecije na zije
mij. bedaſ zwijaſzane ij nijebije. a Atho
re kolwije rozwijaſzecije na zijemij. bedaſ
rozwyaſzane ij na (zyemy) nyebye (Alije
spowijednijczij. ijz szaſ ljiūdzije. nijewije
dzaſ dūcha człowijeczego. a nij mijslij gije
go gijako o thijm Pawel s. mowij I
Chorſ II Atho zljiūdzij wije czo szije dzije
gije wczłowyecze. gijedno dūch człow
ijeczijg Athorijg wnijm gijesth X Alijo
dzije czijalem kron rozvmo szaſ (ll) bydlijeſ
tha. thelko gije dzijelij dūsza rozvmna
oszwijeczenijm Czij tho ljiūdzije. Athor~~ych~~e (ye)
(ch) bydlijeſthosz szaſdry. a nije dūsza rozvm
na wijelije krocz Athemv przychodzaſ. za
drogij szathij oblijeczenijm. ij Alijenotha
mij kosthownij. zaporamij kosthownijmij

(21) 17

vchefdorenym . ze szye sthafd pyszrnyąf
Nad gyne sthawyąf Albo y gyne na zle
wabyąf Albo zbythnyą czczy zafdagyąf
Sthafd wzbythnyą czay szye barzo tocha
gyąf y znadz wyeczy tu szwyathu . y cz
ąalu duchem . y myslyąf szye nachylyą
gyąf . nyz tu panu Bogu Kthore rzeczy w
czlowyecze czyny . y sprawugye bydlyęf
thoscz) Thyą tho bydlyęfthosczy wsrobye
mnodzy lyudzye nyeobaczagyąf . a gdyby
byly pronyenyen (s) ducha szwyęfthego
dothknyeny dopyro thaky czlowyek ro
zeznawszy szwogye vnyeszyenye . lybo
myslyąf . wolyąf . slowem y vczynkyem
przez czyalo szwe wgrzech . przez drogye
y myefkye . a Kosthowne vbyory szath . y
gynych klyenothow Szamy na szyęf gye
den każdy skarzylbi przed panem Bogyem .
y przed gyego namyasthkyem klyęfcz
acz na szwyęfthy spowyedzy vthnyą
Vbczyąfgayącz szamy na szyęf szwe za
wynyenye . y zgrzeszenye X Spowyedny
czy thedy . gyako Bozy vrzęfdnyczy . zgadza
gyącz szye szwym panem zwyrzchnym
Kthoryą nycz nyeodpuscza szwym wyęfthef
pnym dluznykom krom skarania czesz
nego Gyako szye . tho okazalo wczlowye
cze pyrwszym wyęfthefpnym Gene . III
Abowyem za gyego wynef wygnal go
pan Bog zragyu rosdosznego Thakyez

Mamy o Maryjj szyestrze Moyzeszowy
y Aaronowyg (s) Nume · XII Thes karal pan
Bog za wyneś wygnacz || zoborŭ szyedm d
ny otrędowaczywszy gyaś (Thakyez vczy
nyl y dawydowy II Regŭ XII Nye th

|| gyaś ka
zal

elko ze go słownye przez Nathana proro
ka karal. Alye ther za wyneś szmyerthnyem
szynyerczy dzyeczyęczya skaral X Tha
kyez czynyaś spowyednyczy · gyako pra
wy Bozy vrzędnyczy · thy ktorzy szye p
rzed nymy panv Bogŭ spowyedagyaś
Słowy gye przodkyem karaś Nye p
ze tho · yz stworzenya Bozego vzywaly
sthworzenya dobrego · dozwolyone · slŭgy
szwego Alye yzego zlye · y nyerząsdn
nye · a nyepoboznye vzywaly · a nye thak
nacz gym gyesth dano kŭ vzywanyv
Gyako y pan Bog · tho czynyl zzydy na
pusczy o myęsszo · ktorego szye vporn
ye napyraly A pothym nyerząsdnye
y lakomye pozywaly · malo magyącz ze
szye go nagyedly · alye go y nawęsdzyly
na pothym szye vsczasdagyącz Panv Bo
gŭ nyedowyerzagyącz · gyakoby go ztho
nyebyło · ze by go gym wyęczyg pothym
mogl dacz · o thym thak napyszal swyęś
thy Moyzesz Nume XI Gyesczе myęś
szo w zębyech gych było · a gnyew Bozy
rvszyl szye na nye CI Tha thedy gyesth
przyczyna · prze ktoraś spowyednyczy
lyŭdzy słowy gromyaś · y poszŭthamy ka
rzaś · thy ktore spowyedzy słuchagyaś

/ Zswych vbyorow dwornych drog
ych czudnych. yz ony od szercza praw
dzywye na szyeſ skazaſ. ze sthworzenya
Bozego Zlye nabylÿ Nye wedlüg Bo
ga gyego vzywalÿ Rozumem szye w
byorzech. y wszathach nyerzaſdzylÿ A
lye wedlüg bydlyeſthosczy gych vzyw
alÿ Czym na szyeſ pana Boga pobu
dzalÿ)(A by gych pan Bog za tho n
yekaral. szamy lyudzye dobrego szumny
enya. abogyaczy szye pana. dobrowol
nye wyneſ szwaſ przed spowyednÿ
kyem panw Bogu wyznawagyw. a pod
karanye slowy szye dobrowolnye. y
ochothnye poddawagyaſ A bowyem
dobrze rozumyegyw czo thu vrzeſdnyczy
Bozy skarzaſ. thego pan Bog drugy raz
po smyerczy karacz nyebeſdzye Tho
nam oznaymyl prorok swyeſthy __Naum__
__I Ca__. Czo myslyczye o panye Bodze
thu dokonanye grzechom vczyny y n
yebeſdzye dwa kroc czlowyeka karal za
gyeden grzech)(Spowyednyczy thedy
gyako wyemy duchowny raycze. y
Bozy vrzędnyczy. thy kthorzy szye gym
wyernye szwmnyenya zwyerzagyaſ
ze zobrazenym duszny szath nabÿ
ly. y szlyynolkow. a thak nye wedlüg
pana Boga. y nye wedlye rzaſdv gych
vzywalÿ. Za tho gye skarzaſ. nye zaſ

(2

Tho. ijz vzijwalij sthworzenija Bozego dobrego. sługij szwego) Alyë za tho. ze go zlye. ij nije pobozmje nabijlij (A nad tho njerzafdnye kwolij czijalv. ij szw ijathv. a nije stů chwalije panv Bogů Vcho draf czy. sthorzij szije thů za tho karacz dagijaf. vnij przegodij. sthora podska wszijthkije zle nabijwacze. ij njerzafd ne vzijwacze Zlotha Srebra Szath drogijch Vbijorow rozlijcznijch barw ij wzorow Potraw. ij Napogijow sko sthownijch etc X Tha gije podska gijm njeszczefzna przegoda. ze thij rzeczij sthorijch zlije vzijwalij. zalůgijafcze na nijë przed panem Bogijem bef da slijszelij. tho oznaijmij dúch szw ijathy prze proroka s. Abakůk II

Tho wijedz kazdijg. ze kamijn z sczijanij befdzije wolal na szwego zlego vzijwa cza. Thcber (tho gijesth) sthorijg wscz ijenije dwije drzewije zwijera. szwe mv zlemv vzijwaczowij. a wijmawija gijafczemv szije odpowije | Y na drů gijm mijejscců mowij důch szwijethij o panie Bodze. y o zlijch vzijwaczoch sthworzenija gijego Sapiencie V vbijerze werbrogijef pan Bog stworze nije szwe. na pomsthe szwijch nijeprzij acijol